

istorum calumpniis breviter respondeam: ut etiam de ceteris interpretibus, quos minus fideliter transtulisse constat, ad presens taceam, beatus certe Ieronimus eliquande veritatis causa^{ff)} Divinas Scripturas ex hebraico fonte quondam in latini flumen eloquii^{gg)} transfundens, cuius editio merito pre ceteris omnibus in Ecclesia Christi dignitatem auctoritatis obtinuit, nequaquam tamen verbum e verbo transtulit, sed ex sensu sensum expressit, ut videlicet antiquae^{gg)} translationis^{gg)} — prout posset — salva veritate morem gereret^{hh)}, ne ipsa eius translatio ab illaⁱⁱ⁾ vulgata⁵⁷⁾ editione nimium discrepans ipsa novitate verborum animos legentium insuetos offenderet. Numquid ideo^{kk)} mendacii^{ll)} culpam incurrit, dum veritatem hebraicam in latinum transtulisse^{mm)} se^{mm)} dicit? Ceterum quis tam fidelis diligensque relator est, ut eodem penitus verborum ordine narrationem aliquam referat, quo eam vel in libro legitⁿⁿ⁾, vel hominis cuiusquam relatu^{oo)} audivit? Aut numquid falsitatis merito potest redargui, quia dicit hec^{pp)} in illa historia legi vel ab homine illo audiui, quamvis tamen in referendo non prosequatur penitus librorum^{qq)} ordinem, sed sententiam^{rr)} teneat^{rr)}?

Sic ego — licet omnis re vera mendacii^{ss)} detestator — nec proprie quidem conscientie stimulo remordente, nec istorum calumpnia deterrente, et de flosculis Aristotilis et de ceteris, quos in hoc opere per diversa capitula inserui et propriis actorum nominibus annotavi, etsi forsitan ex aliqua causarum predictarum in plerisque locis aliquid immutaverim de superficie vel ordine verborum, audacter tamen et scribam et^{tt)} dicam^{tt)} hanc vel^{uu.vv)} illam sententiam illius auctoris esse^{vv)}, cuius^{ww)} scilicet nomen in titulo continetur^{ww.xx)}.

^{ff)} causas H_2 ^{gg-ss)} antiquam translationem H_2 ^{hh)} ageretque N_1
ⁱⁱ⁾ ipsa $H_3H_4H_5$ ^{kk)} vero H_2 ^{ll)} mandacii H_2 ^{mm-mm)} se trans-
tulisce D ⁿⁿ⁾ legis N_1 ^{oo)} relatione D ^{pp)} hoc N_1 ^{qq)} verbo-
rum D_2D_3 ^{rr-rr)} teneat sententiam D ^{ss)} mandacii H_2 ^{tt-tt)} *fehlt*
 D_2D_3 ^{uu)} et N_3 ^{vv-vv)} huius vel illius esse sententiam D ^{ww-ww)} *fehlt* D_1
^{xx)} *folgt Rezension D*: Si quibus autem, ut alias dixi — prout invidorum aut
superborum mos est —, nova queque (quoque D_2D_3) despiciere ac ferali
dente detractationis aliena decerpere, hec ipsa mox audita vel leviter inspecta,
displaciant, legant — obsecro — prius et cum originalibus suis (sive D_3) con-
ferant, ac postmodum, si videtur, eis despiciant, ne forsitan ante summi
(sententiam D_2D_3) iudicis occulta cordium intuentis oculos convincantur,
nequaquam iudicio rationis examinata decernere, sed malignitate livoris ignota
(*fehlt* D_2D_3) damnare vel ea, que fortassis ipsumque assequi non valent,
arrogantie tumore (timore D_3) depravare (dampnare D_2D_3).

⁵⁶⁾ Die sogen. Vulgata; dazu vgl. Hieronymus, epist. 57 ad Pammachium.

⁵⁷⁾ Bezieht sich hier auf die Fassungen der sogen. Vetus Latina.